N. 1159.

CURRENDA V.

A. D. 1859.

Nr. praes. 54.

Calendarium perpetuum et obligatio persolvendi rite officium divinum totum.

Dioecesis hujas avulsis duarum Diœcesium: Cracovien. et Premislens. superstructa varios colebat hucusq. Sanctos, e variis provinciis jam plures jam pauciores, pro ratione majoris aut minoris respectivorum zeli assumptos; sed quoniam ab introductione sub SS. Papa Pio V. novi Breviarii Decreto S. R. Cong. de 22. Aug. 1744 statutum est, ut quaelibet Diœcesis proprios sibi atq. fixos celebret Cœlites, &c. idq. in fundamento Calendarii perpetui, quod pro Diœcesi Tarnov. adhuc deerat: hinc Ordinationis praelaudatae memores nec non ordinis in peragendis quotidie divinis zelantes, opus ejusmodi elaborandum et ad Sedem Romanam pro revisione atq. approbatione expediendum curavimus. Et ecce! manuscriptum Nostrum, uti moris est, ibidem reservatum. atq. aliud juxta tenorem ejus non minus, quam secundum regulas hunc in finem vigentes conscriptum una cum benigna Resolutione pro solatio Nostro appulit; et Venerab. Clerus rursus obulum pro confectione et mundatione manuscripti, nec non ad sopiendum taxas pro scriptura Romanas, item portorium ex sua parte jam contulit. Ne autem tantus officii divini Regulator perpetuus successu temporis dispareat simulq. ut memoria pii operis et gratiae SS. Papae feliciter nobis regnantis Pii IX. perenne inter nos monumentum existat: opportunum esse duximus, illud prelo tradere atq. cuilibet solummodo ecclesiae, non autem cuilibet Presbytero, unum ejus exemplar pro lustratione, observatione, asservationeq. inter libros parochiales in annexo ·/. mittere, pro quo Perill. Decanus quisq. 5 xr. C. M. a singula ecclesia collectos horsum expedire conabitur.

Emittentes cum arprecatione laetissimi Alleluja huncce nuntium una cum exemplaribus memoratis celare haud possumus observationem, quod in futuris Directoriis Venerabiles in Xto Fratres detegent divergentiam a prioribus, utpote nonnulla festa omissa aut alibi collocata.

Deniq. ut currente anno alia quoq. res sacra perficiatur, officii Nostri duximus, provocare per præsentes singulum ecclesiae Rectorem ad componendum pro Titulo seu S. Patrono ecclesiae suae Octavarium juxta Directorium Titulorum seu SS. Patronorum ecclesiarum particularium ad calcem Directorii Officii div. ex A. 1858 appositum &c. et ad transmittendum pulchre adornatum Perill. Decano suo ante finem m. Maji

a. c. qui posterior collecta Octavaria a qualibet ecclesia cum exspirio mensis citati Nobis pro approbatione anteponet, quae approbata dein ad parietem Sacristiarum in tabula vitro provisa appendentur.

Penes hanc occasionem communicamus notitiam magni momenti, quam non alio quam grato animo excipient Cuncti, videlicet quod Praepositus olim Collegiatae Wojnic. et Curatus Radlovien. ac postmodum Episcopus nominatus Tarnov. Illmus p. m. Joannes Duval, desiderio Clerum 5. Circulorum Diœcesanum erga unum solummodo Missae sacrificium in suffragium animarum fidelium defunctorum providendi ductus, vigore testamenti de 25. Aug. 1785 646 aur. super certa realitate locatos atq. salarium pro 18. mensibus in Cassa publica in summa 13333 fl. et gr. pol. 10. restans legaverat, quae ambae quotae postmodum in fundo publico erga 5. syngraphas, nimirum 3. super 1000; 1. super 500 ac 1. super 65 Rh. erga 4% in C. M. locatae sunt, de quarum censu quinta pars Rsmo Consistorio Premisl. pro excudendis Cleri Circuli Jaslensis Directoriis ceditur.

Quibus procuratis, praeordinatis ac communicatis vix commemorandum esse reputamus, nec p. m. P. T. Joannem Duval tantam summam ob imprimendum quotannis Directorium Officii divini, nec abhinc curam impressionis non minus quam emissionis ejus singulis annis geri hunc solum in finem, ut Ven. Clerus commoditate gauderet, Missae sacrificium juxta normam jam paratam litandi atq. Matutina aut Vesperas festis solemnioribus publice persolvendi... in Breviario e forulis primum extracto, pulveribusq. obsito.. verum ex hac praeprimis intentione, ut quotidie juxta rubricas illius pensum seu opus diei, quemadmodum recitatio ejus vocari solet, sedulo perficiant, et tunc nonnisi totum officium divinum persolvisse laetentur, quando ut fert Rubricellae intitulatio: Directorium Officii div. non Missam solum duce illo celebraverint; verum ante et post Missam cum attentione ac devotione Breviarium recitaverint.

Illis, qui in Ordinibus majoribus constituti sunt et persolutionem piissimi hujus pensi, qua progressivi (postępowi) negligere auderent, in memoriam revocanda esse officii ducimus:

1. Ea, quae nos aetate jam provectos ipsi Professores civiles in Jure Canonico de obligatione quaest. docuerant.

2. Canones varios officium hocce divinum summopere inculcantes et praevaricatores poenis mulctantes et demum

3. Alia rationum momenta precationem, meditationem, lectionem hanc quotidianam undequaque urgentia.

Ad I. *Doctrina civilium* ita sonabat: „Ad Deum precari peculiare est clerici officium, tum quia precatio sacra singulare est virtutis adjumentum, tum quia ministri sacri est, pro populo deprecari, exemplo pietatis aliis prælucere, cultumque Dei publicum celebrare. Ecce fundamentum, cui innituntur horae canonicae, quae psalmodia, lectionibus ex sacra scriptura et sanctis Patribus excerptis, variisque precibus sacris constat. In antiqua quidem ecclesia eae

ad cultum publicum clero populoque communem spectarunt, iisque clerici omnes illa in ecclesia, ad quam ordinati erant, interesse debuerunt; subsequis vero temporibus partim ad chorum a solis clericis celebrandum, partim ad preces privatas a singulis recitandas restrictae sunt. Uti ergo antiquitus officium fuit clericorum, horis canonicis interesse, quamdiu nimirum illæ ad cultum divinum publicum pertinuerunt, ita et postea consuetudo invaluit, pluribus deinceps conciliorum canonibus confirmata, ut quisquis in ordinibus majoribus esset constitutus, aut beneficium ecclesiasticum possideret, horas canonicas quotidie recitare teneretur.

Ad II. *Canones Conciliorum* et *Constitutiones Pontificum* &c. fulminantes perpendite Fratres in Xto! sequentes:

1. Canonem **Concilii Basiliens.** e ses. 11. de A. 1435: „*Quoscunq. beneficiatos seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur, admonet haec Synodus, ut sive soli, sive associati, diurnum nocturnumq. officium reverenter verbisq. distinctis peragant.*“

2. **Concil, Turon.** *II.* „*Quicumq. minus quam 12. Psalmos ad Matutinum dixerit, jejunet usq. ad vesperam, panem cum aqua manducet, et non sit illi altera in illa die ulla refectio.*“

3. **Conc. Aquisgr.** Can. 131. „*Qui has horas frequentare et in his, ut dignum est, coeleste neglexerit officium persolvere, digna invectione corripiatur, ut et ipse emendetur, et ceteri timorem habentes hujuscemodi negligentiam caveant.*“

4. **Concil. Cabilon.** II. Can. 40· „*Dictum est nobis, Presbyteros propter suam (breviarii) negligentiam canonice degradatos, saecalariter gradu amisso vivere, et poenitentiae agendae bonum negligere. Unde statuimus, ut gradu amisso agendae poenitentiae gratia in monasterio, aut regulari mittantur. Quinimo in neglectum Orationis Pater noster ante quamlibet horam*

5. **Conc. Tolet, IV.** Can. 10. privationem minatur. „*Quisquis sacerdotum vel subjacentium Clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in publico, aut in privato officio praeterierit, propter superbiam judicatus, ordinis sui officio mulctetur.*“

6. **Concilii Lateran.** *ses. 9. Concl. V.* „*Ut quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro ratha omissionis recitationis officii, sed eos tanquam injuste perceptos, in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel in pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione praecedente, beneficio ipso privetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc, ut beneficio privari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen ultra praemissa de dicta omissione redditurus rationem.*“ Conferatur Cap. 12. Conc. Triden. ses. 24.

7. Canonem **Concilii Rhem.** ex a. 1583 et Aquen. ex a. 1585 ita sonantem: *„Qui horas canonicas legitimo cessante impedimento intermiserint, quicumque eas recitare tenentur, sciant ex Bulla s. Pii V. non solum gravi se peccato obstrictos, sed omnes etiam beneficiorum suorum fructus, qui in singulos dies eis obtingerent, si quotidie in singulas horas dividerentur, amittere, neque a Confessario ulla ratione absolvi posse, etiam Jubilaei cujuscumque gratia suffragante, nisi fructuum, quos indebite perceperint, facta prius ad dictae Bullae Praescriptum restitutione* *)

8. Similiter declarant Concil. **Burdigal.** 1585. **Tolosan.** 1590. **Arenion.** 1594. **Aquileen.** 1596. cujus verba: *„Non tamen existiment, qui ad Subdiaconatus ordinem et superiores provecti sunt, si beneficio ecclesiastico (e. g. Cooperatores) careant, horis canonicis ex Breviario rom. recitandis obstrictos non esse; omnino vero intelligant, quemadmodum qui beneficium habent ecclesiasiicum, horas canonicas non recitantes, ultra peccati mortalis reatum, amissione fructuum plectuntur: ita illos omittendo horas canonicas mortaliter peccare nec se praetextu beneficii non obtenti excursare posse.“*

5. Concil. Mediol. IV. de *honestate Clericorum* statuit: *„Sacerdos, Clericusve sacris initiatus, aut ecclesiasticum beneficium obtinens, horarum canonic. officio cum adstrictus sit, meminerit, se febri morboq. aliquo vel adversa valetudine aliquando leviter laborantem, non justam propterea excusationem habere, quamobrem illud intermittat. omittatve. Itaque si quando corporis infirmitate affectus est, ipse pro sua conscientia recte videat, quid praestare possit, ac ne omittendo graviter peccet et beneficii, si quod habet, fructus suos non faciat.“*

Ligor. l. 5. *„Non excusat peregrinatio suscepta legitime, neque studium litterarum, etiamsi per substitutum serviatur ecclesiae.“* Gav. l. c.

Plura praeclara desuper legantur in opere: Brevier und Breviergebet v. Ferd. Probst Tübingen 1854; *Mauri Schenkl* in tomo III. Ethicæ Xtianæ, et singulariter in tomo II. Pastoraltheologie des Dr. *Amberger* Regensburg 1852.

Ad 3. Præter adductam multiplicem Ecclesiae vocem volvere adhuc conducat momenta pro strictissima Breviarii pensum persolvendi obligatione, quæ jam e fœdere multiplici Ordinati cum ecclesia, Fundatore beneficii, cum parochianis &c. redundat; sed de his alias. Ob hæc rationum momenta tremore perculsi, aut flamma majoris adhuc pietatis succensi, Fratres in Xto Dilectissimi! hunc „divinæ servitutis censum,“ ut inculcat Synodus Hisp. Detursana ex a. 1429 „quem de fructu labiorum suorum offerre tenetur quilibet Clericus“.... obsecramus Vos quotidie pendatis, debita hoc in puncto nefors contracta, in fabricam ecclesiae et pauperes exsolvatis, ac præterea fœdifragi condignam pœnitentiam agatis, quatenus quotidie sacerdotali dignitate, munere pastorali, beneficii reditu, gratia divina, absolutione sacramentali...

---

*) E communi Canonistarum sententia tenetur, qui *omnes diei horas* omittit, *fructus* illius diei *omnes*, qui *Matutinum* tantum omiserit, *dimidium*, qui *unam horam* neglexerit, *sextam* fructuum ei diei respondentium partem restituere seu in ecclesiæ fabricam... pauperesve impendere.“

dignissimi deprehendamini, ut quisq. cum Psalte regio quotidie ad vesperam Sibi testimonium hocce grande attribuere queat: *„Septies in die laudem dixi Tibi.“*

Qui privatim Officium isthoc persolvitis, dividite diem in 7. intervalla atq. unicuique partem Breviarii affigentes eam hora competente ad cohonestanda quoq. 7. singularia passionis Domini N. J. C. gesta, quae in cantilena: Patris sapientia celebrantur, absolvite, atq. hunc in modum pietas Vestra septiformis ceu iris 7. coloribus irradiet splendidissima. Expergefacti, et beneficiorum divinorum ac officiorum recordati dicite. Adjutor meus, Tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea. Ps. 58. Psalmum dicam nomini Tuo in saeculum saeculi, ut reddam vota mea de die in diem Ps. 60. simulq. vestibus jam induti colligite vires recordantes Invitatorii: *Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari Nostro..... quoniam Deus magnus Dominus et Rex magnus... Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaverunt manus ejus: venite, adoremus et procidamus ante Deum, ploremus coram Domino,.... quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus ejus et oves pascuae ejus.“ Ps. 94.*

Liber hic sacer plerisq. devotionis et eruditionis margaritis emicans utpote precibus, orationibus celebribus, Psalmis et Hymnis sublimibus, excerptis e sacris Litteris, ac Patribus ad festa et tempora accomodatis, Sanctorumq biographiis et mysteriis repletus sit perpetuus Vester comes, perpetuum Vade mecum; perpetua armatura; sine qua nullus ad templum accessus, nullus domum recessus, nullus ad vicinos discessus, nullum iter ad terras dissitas, nulla publica solennitas, nullus dies, nullaq. nox. Devotio ejus sit praeparatio ad Missae sacrificium et ad officia quotidiana, sit post Misssam gratiarum actio, Dei laudatio, supplicatio, deprecatio ad seram usque noctem!

Pro coronide audiamus Doctissimum Hirscher in opere Die Christliche Moral, pag. 645 in tom. III. „Er (Pfarrer sammt Vikär) schämt sich nicht, der innigste frömmste Beter der ganzen Gemeinde zu sein. Die Überzeugung, daß er das Brevier bete d. h. daß er alltäglich, so weit es nur immer seine Pastoralgeschäfte zulassen, zu bestimmten Stunden der Andacht obliege, macht ihn in den Augen der Gemeinde, wie zum Vorbilde, so zum Mittelpunkte der Frömmigkeit Aller. Eben so wenig schämt er sich mit glühender Andacht am Altare zu stehen, und mit heiligem Ernste, und mit tiefer Demuth jede seiner liturgischen Handlungen zu verrichten. Ihm strahlt die Gottinnigkeit aus Blick und Geberde, in der Kraft und Wärme des Wortes drückt sie sich ab. Von ihm geht sie begeisternd in die versammelte Gemeinde aus; ihm antwortet die Gottinnigkeit der Versammelten; und so wird er zum sichtbaren Vermittler einer großen Gemeinandacht und einer heiligen, um Gott her vereinigten Familie. Auch schämt er sich nicht, wo er immer mit seinen Angehörigen einzeln zusammen kömmt, alle Dinge, Verhältnisse und Vorkommenheiten unter ihrem religiösen Gesichtspunkte zu betrachten, zu würdigen, durchzusprechen u. zu behandeln, ein stehendes,

religiöses d. h. im Aufblicke zu, in Ehrfurcht, Liebe u. Unterwerfung gegen Gott unterhaltenes, auf die alltäglichsten Angelegenheiten umfassendes Leben seiner Gläubigen vermittelnd."

N. 1111.

Totus beneficii proventus infra 315 Rh. A. V. Administratoribus adjudicatur.

Exc. Regimen. Cracov. sub 28. Mart. a. c. N. 2148 communicat altam Resolutionem C. R. Ministerii Cultus de 12. Jan. a. c. N. 200, vigore cujus Administratoribus concreditur Administratio temporalium beneficii, cujus reditus annuus summam 315 Rh. A. V. non excedit, sine ulteriori quotæ Administrationis spiritualium antea nmensuratæ assignatione, cujus tenor relate ad Intimationem Nostram de 7. Jun. 1856 N. 1474 &c. &c. Ven. Clero pro notitia et directione resp. communicatur: Z. 2148. »Aus dem vom hohen k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht im Erlaße vom 9. Mai 1856 Z. 6845 angeführten Grunde, daß ein Pfarrverweser nicht besser als der Pfründner behandelt werden kann, hat es auch ferner dabei zu verbleiben, daß Administratoren erledigter Pfründen, deren Einkommen unter 315 fl. österreichischer Währung steht, das ganze Einkommen zu überlaßen, und nicht die Administrationsgebühr anzuweisen ist.

In Folge dieser vom h. k. k. Kultus-Ministerium mit Erlaß ddo 12. Jänner 1859 Z. 200 getroffenen Verfügung wird auch fernerhin Administratoren sowohl der latainischen als auch der gr. kath. Pfarreien und Lokalkaplaneien, wenn das Einkommen einer Pfarrei oder Lokalie unter 300 fl. K. M. steht, ohne Rücksicht, ob dasselbe bei Lokalien die für aktuelle Lokalkapläne sistemisirte Kongrua jährlicher 150 fl. K. M. das ist: 157 fl. 50 kr. öst. Währ. nicht erreicht oder übersteigt, das ganze Einkommen der Pfarrei oder Lokalie sammt der dem Pfarrer oder Lokalkaplan etwa aus dem Religionsfonde gebührenden Ergänzung überlaßen werden.

Hievon wird das Hochwürdige bisch. Konsistorium mit Beziehung auf den hohen Ministerial-Erlaß vom 28. Februar 1856 Z. 2716 und im Nachhange zum hierortigen Erlaße vom 29. Dezember 1858 Z. 32943 in Kenntniß gesetzt.«

Von der k. k. Landes-Regierung. Krakau am 28. März 1859.

L. 1182.

Nowa przestroga względem pozwoleń do zawarcia małżeństwa wojskowych.

Przypadki się teraz często zdarzają, iż rezerwiści albo urlopnicy na mocy *fałszywych pozwoleń* do ślubu przypuszczeni bywają, ztąd i wydawcy takich pozwoleń i użytkujący z takich zezwoleń surowej podpadają karze, a znowu duchowni uwiedzeni są wystawieni na różne nieprzyjemności.

Na te smutne w naszych czasach przypadki zwróciliśmy Szanownego Duchowieństwa uwagę w Kurendzie III. pod L. 1871 i w Kur. XIV. pod L. 3260 r. 1858 i obok przestrogi zaleciliśmy w Kur. XIV. baczenie na *licencyje wojskowe*, czy niższe władze woj-

skowe, na mocy wyższej Władzy czyli c. k. Jeneralnéj Komendy wojskowéj (Landes-General-Kommando) udzielające pozwolenia *rezerwowym* do żenienia powołują się na *Liczbę i datę* pozwolenia téjże Jeneralnéj komendy... a znowu w Kur. II. r. b. pod L. 3266 z r. 1858 podaliśmy inną okoliczność, że pozwolenia do zawarcia małżeństwa przez wojskowych *nierezerwowych*, a to na *drugi sposób* będą *od KK. Kapelanów wojskowych zaopatrzone umocowaniem do dawania ślubu* (von dem betreffenden Feldkaplane vorschriftsmäßig klausulirte militärische Heiratslizenz).

Teraz w dodatek do powyższych znamion upatrujemy potrzebę spostrzeżenie *trojakie*, z których te fałszywe akta pozwoleń poznać, niniejszém odkryć: a) że takowe na końcu mają zastrzeżenie, iż ksiądz, na mocy najnowszego rozporządzenia nie jest więcéj obowiązany. Wyciąg *ślubny* przesłać do wyższéj Władzy (daß der Civil-Geistliche im Grunde einer neuesten Verordnung enthoben sei der Verpflichtung, einen Auszug des eingetragenen Trauaktes höherorts einzusenden) b) że pieczęcie *lakowe* albo *opłatkowe* z urzędowych aktów z orłem i obwódką oderwane a do ślubnych pozwoleń przylepione już to litery obwódkowe *nieczytelne* okazują, już to odwrotna strona *gładka* nie ma śladu *przyciśnięcia*, i że c) pieczęcie na opłatku w saméj rzeczy wyciśnięte, nie przylepione, lekko tylko są przyciśnięte, i dla tego liter trudno doczytać.

Jeśli więc Akt pozwolenia ślubnego dla *rezerwowego* nie odwołuje się na *Liczbę i datę* pozwolenia c. k. Jeneralnéj Komendy albo dla urlobnika albo przy pułku zostającego żołnierza do żenienia się na *drugi sposób* wydany nie zawiera delegacyi od Ks. Kapelana wojskowego; albo pieczęcie z jednéj lub drugiéj strony wzniecają podejrzenie; wtedy od dawania ślubu się wstrzymać i czynić do Nas względem dalszych kroków zapytanie.

Z sesyi 11. Kwietnia 1859.

N. 1146.

Eliberatio relationum de sequelis Jubilaei, collectionemve sub eo pro Missionibus.

Relationes e variis Decanatibus de salutaribus Jubilæi effectibus, de zelo Rectorum animarum in seminando semine verbi div. administrandis Sacramentis, et celebrandis devotionibus; de populi ad devotiones concursu et avida ejus de thesauris ecclesiae participatione nec non conspicuis inde largiter subsecutis lucris spiritualibus... unanimes summo Nos affecerunt gaudio gratiasq. agimus Deo, qui operae a Vobis Fratres in Xto Dilecti! impensae tantam benedictionem, tantumq. largitus est fructum, ac simul etiam Vobis cunctis fervidis collaudationemq. promeritam, qui non sui solum, sed animarum quoq. commodi studiosi, summo mane evigilantes, ad tribunal properantes ibidem sedulo judicantes et patienter convertentes, orantes, pœnitentes quoq. sesse exhibuerunt.

Utinam Pater misericordiarum et Deus totius consolationis mediantibus suffragiis Nostris ac Vestris in posterum quoq. omnes conatus, labores et sudores Vestros abundantia gaudiorum cœlestium, populi in virtutibus christianis continuo incremento atq. ejus erga Vos devoto

animo et amore haud fucato remunerare dignetur! Hæc conjuncta cum appromissa bonis pastoribus in cœlis mercede rursus addent stimulum ad ulteriorem fervorem, vigilantiam pastoralem et sanctos conatus in augenda Dei gloria, procurandaq. fidelium salute, ne bonum, quod cœptum cernitis, invidia astutiaq. diaboli ejusq. ministrorum multiplicium haud ex animis concreditorum evellatur, imo maj ra indies incrementa capiat... atq. sic Clerus ac populus in stadio virtutis audacter currens b r a v i u m accipiat.

Etsi quotae in singulis ut speramus parochiis o b l u c r a n d a s i n d u l g e n t i a s in Missionum rem collectae nedum omnes e x o m n i p a r o c h i a ad Nos pertigissent, attamen spem fovemus fore, ut et cœteri animarum Curatores, qui summulas quæst. nedum submiserant, easdem certe, quia inter conditiones consequendi indulgentias etiam M i s s i o n u m s u b l e v a t i o reperiebatur, colligerent, quas m o x ad Nos expedient, adjiciendas illis, quæ pro summa cordis Nostri lætitia largiter ex aliis jam influxerunt, et pro quibus et gratiarum actionem et collaudationem atq. benedictionem Nostram significandam imprimendamve aut jam curavimus aut suppletorie curabimus. E sessione 7. Aprilis 1859.

N. 1051.

Consignatio Decanatuum seu Benefactorum, qui Missas ad intentionem Monasterii Sancti Pauli primi Eremitae absolvendas susceperunt, gratiarum actio et nova supplicatio.

1. Decanatus Vadovic. 30 Missas. 2. Dąbrov. 200. 3. Neofor. 40. 4. Pilsnen. 122. 5. Dobczyc. 73. 6. Czchov. 47. 7. Bresten. et Bialen. 68. 8. Bochnen. 95. 9. Mielec. 57. 10. Żywiec. 66. 11. Makov. 5. 12. Vetero Sandec. 70. 13. Tarnov. 166. 14. Radomyśl. 40. 15. Neo Sandec. 32. 16. Wielopol. 39. 17. Ropczyc. 120. A. R. Parochus ac Decanus Zebrzydov. 21. 18 Decanatus, universim Missas 1291 susceperunt, pro quibus Conventus Rupellensis Litteris de 26. Mart. a. c. summas rependit gratias, simulq. enixas fundit preces ad reliquos Decanatus P. T. qui nedum patefacerant susceptas Missas, aut qui adhuc parati essent suscipere novas. E sessione 31. Martii 1859.

N. 1098.

Homileticum Lexicon reale praenumerandum commendatur.

A. R. Franc. Edm. Kroener, Catecheta Oppaviæ P. T. opus memoratum a 6 Consistoriis jam collaudatum Litteris sub 28. Mart. a. c. Ven. Clero, præprimis Concionatoribus et Catechetis commendando, chartas prænumerationis submisit, quarum per unum exemplar ·/. communicamus cuilibet Decanatui erga r e s t i t u t i o n e m cum eo, ut circulando obeat Ven. Condecanales pro subscribendo, cujus resultatum m. M a j o a. c. quisq. Perill. Decanus Nobis pandet favorabile. E sessione 7. Aprilis 1859.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 11. Apr. 1859.

PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.